

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ,

24.

DE

ELOCUTIONE

ORATORIS SACRI,

PARTIS POSTERIORIS SECTIO SECUNDA,

QUAM,

CONSENSU AMPLISS. SENAT. PHILOS. IN ACAD. ABOËNSI,

PRÆSIDE

JOH. FREDR. WALLENIO,

Eloqu. Professore Publ. & Ord. Imper. Ord. de S. Wolodimiro

in quarta classe Equite, & Societt. Oecon. Imp. Fenn.

atque Reg. Wermel. & Societ. Patriot. Holm.

Membro,

PROGRADU

Publice ventilandam sistit

CAROLUS HELENIUS,

V. D. M. Borea-Fenno.

In Auditorio Medico die XVI. Maji MDCCCX,

Horis a, m. solitis.

ABOË, Typis FRENCKELLIANIS,

VIRO
PLURIMUM REVERENDO
ATQUE
PRÆCLARISSIMO,
D: NO JOHANNI HELSINGBERG,
Ecclesiarum, quæ Deo in Lätala & Hinnerjoki colliguntur,
Pastori & Præposito, nec non Societ. Imper. Oecon.
Fenn. & Svecan. pro Fide & Christianismo Membro,
FAUTORI OPTIMO.

*L*ætus tandem video illuxisse diem non absque blandæ voluptatis præsentatione expectatum, quo mihi datur occasio Tua in me, Fautor Optime, collata beneficia, grato sed tacito hætenus reculta animo, palam prædicandi. Qui igitur primorum a me in obeundis ardui muneris partibus moliendorum gressuum existitisti & melioris aliquando mihi cæsurae sortis futurus esse voluisti Adjutor, accipe, ut soles, vultu facili, in teseram gratisimæ mentis, munus hocce levissimum & sola offerentis pietate commendabile. Perge etiam, enixe rogo atque contendo, solita me amplecti benevolentia, nec dubita, quin larga tandem Te maneant præmiorum perennium messis. Mihi nihil prius, nihil antiquius erit, quam pro Tua felicitate calidissima ad Supremum Numen fundere vota. Ad extremum usque vitæ halitum permanens

PLURIMUM REVERENDI ATQUE PRÆCLARISSIMI
NOMINIS TUI

cultor humillimus

CAROLUS HELENIUS.



*Et si sine re nulla vis verbi est, tamen eadem
res sæpe aut probatur aut rejicitur, alio atque
alio elata verbo.*

CICERO.

Prodierunt Præside, cujus amissi etiam post sexennium Ca-
menas Aboënses tenet luctus, Celeberrimo PORTHAN, in-
ter cetera feracissimi &, quicquid nosset, ad communem fru-
ctum afferre aventis ingenii monumenta, etiam Disertationes
nonnullæ ad Rhetoricam Sacram spectantes: in quibus hoc lo-
co laudare oportet præcipue unam *de officio Oratoris Sacri*
in argumentis inveniendis (a), duas *de officio ejusdem Orato-*
ris in argumentis disponendis (b), itidemque duas *de Elocutio-*
ne Oratoris Sacri (c), quarum tamen a Sollertissimo harum

B

re-

a) Publice propositam Aboæ a. 1778 a Cl. GUST. WILH. RYDMAN.

b) Editas ibidem a. 1780 & 1781 a Cl. JOH. UTTER.

c) Priorem Partem censendam exhibuit ibid. a. 1784 Cl. JOH. MO-
LANDER, Posteriorisque Sectionem Primam a. 1793 Cl. ADOLPH.
HENR. WINTER.

rerum iudice pertextam haud fuisse telam moleste ferunt harum litterarum amantes. Nos igitur, quamvis non ii simus, qui inchoatæ docti APOLLIS tabulæ absolvendæ nos pares putemus, aut adsuendis undecunque laciniis multum afferri laeunis egregiorum scriptorum credamus vel honoris vel medellæ: magnis tamen excidere ausis maluimus, quam ea non persequi, quorum sedula meditatio non potest vel a nobis vel ab aliis Divini verbi ministris atque præconibus sine detrimento negligi. Junioribus saltem horum adeo non displiciturum speramus innocuum consilium, ut potius, quæ, per virium facultatumque tenuitatem, ne ipsi quidem ad optatum perducere finem valuimus, iis continuandis alium quemquam & mentem & manus adjecturum, conjectura forte haud vana augeremur.

Pertractatam priori Disertationis parte de *Elegantia Elocutionis* Sacræ doctrinam exceperant, in posterioris limine, præcepta de ejusdem *Ornatu*, in *Dignitatem* & *Compositionem*, ex Rhetorum disciplina, diviso. Illam ex Tropis & Schematibus nasci vulgo docent, hanc ex blandiente potissimum auribus apta verborum coagmentatione atque structura, famulante utrique etiam illo, qui ex *Copia* gignitur, *Ornatu*: præeunte tamen partim J. A. ERNESTIO, totam Elocutionis virtutem vel ad *docendum* vel ad *delectandum* vel ad *movendum* referente (d), figurarumque (de quibus olim plura quam necesse erat (e) multas, temere huc pertractas & aliorum ablegandas, extra hujus nominis domicilia eliminante (f), reliquas vero, propria-

d) Init. Rhet. § 281.

e) QUINTILIANUS L. IX. c. 3. f. 87.

f) Libr. cit. §§ 347, 351, 353, 361, 382. Facem prætulerat jam FABRIVS l. c. f. 90 sqq. cfr. c. 1. f. 22 sqq.

ipſarum vel ad *gravitatem* vel ad *ſuavitatem* orationis vi, diſpeſcente (g); partim BOUHOURSIO, tres (præter Veritatem & Perſpicuitatem) conſtituente ſenſuum ſ. cogitationum ſingularem virtutes, *gravitatem* quandam eximiam, *ſuavitatem*, & *delicatum concinnitatem* ac *gratiam* (h), Ornamenta Elocutionis in *Sententias*, *Imagines* & *Enuntiationum Ductus* ſ. *Conformationes* (*Figuras*, *Wändningar*, *Tourer*) partiſi malebat Diſſertationum ſupra laudatarum Auſpex & Moderator, illasque ad mentem docendam, *iſtas* ad phantaſiam delectandam, *has* ad cor movendum (i) præcipue comparatas diſtinebat. Reſtabant aures, quas mulcere *Compositionis* eſſet proprium, ſed *Λέξεως* quidem figuris haud parum adjunctæ. An autem hæc rei proponendæ ratio vulgatæ illi multum præſtet, non eſt jam hujus loci inquirere. Id utique ſpectat recentior iſta, ut ſingula ornamentorum genera ad certas, easque non tam externum ſequentes habitum, quam ex interna vi & agendi modo conſtitutas, claſſes revocet, utque ſic ad uſum & exercitationem accommodatior evadat theoria. Neque diſſimulandum eſt tamen, ſubtilius connecti & quaſi coaleſcere docendi, delectandi atque movendi partes, quam ut illas ſeparandi ubique bene procedat conatus: quare & inter *Imagines*, ad duo illa prima Oratoris conſilia juvanda ſupra (§ IV p. 6) relatas, in primis Diatypoſi magnam quoque movendi facultatem quis

B 2

non

g) §§ 339 ſq. 347, 352, 357.

h) La manière de bien penſer dans les ouvrages d'eſprit, Amſt. 1709 p. m. 58, ubi notantur verba: *cet ornement* (celui de la vérité) *n'eſt quelquefois qu'un tour nouveau que l'on donne aux choſes.* Cfr. ESCHENBURG, *Theorie und Literatur der ſchönen Redekünſte*, 1805 pag. 343 ſq.

i) Conſentit BASTHOLM, *Anviſning att predika*, ubi pag. 169 hæc leguntur verba: *Lifaſom Troperne i ſynnerhet tjena till att beſhaga; ſå wiſa Figurerna ſin ſtyrka i att röra.*

non concedat (k)? Sententiarum porro utrumque genus Inventionis potius est quam Elocutionis (l): nec admodum multas loco movisse necesse erit *Figuras*, ut harum ceteræ idem plane quod *Diſtionis Conformationes*, & vicissim *Imagines* idem quod *Tropi* significeni. Horum namque, si Ironiam forte exceperis, nullus est, qui ab Imaginis notione totus abluat, cujus igitur nomine comprehendenda est etiam Synecdoche (supra haud memorata), ut vel sequentia declarant exempla: *Jorden blir ett Eden*, pro loco ameno & beato; *du dödd, hvar är din udd* (1 Cor. 15: 55), *falla för svärdsegg*, pro telis totis; *werldens ände*, pro regione longe remota; *1000:de år*, pro tempore longo; *en Jonathan*, *en Pylades*, pro amico sincero & fideli &c. At utcumque se habeant hæc omnia, servabimus nihilominus superioris disputationis tenorem, & quæ ad triplicem illum Sacri Oratoris finem conducunt Elocutionis ornamenta, ut valebimus, persequemur. Nec desiderari patiemur exempla, quorum apponendorum laudabilem morem (m) in parte Dissertationum jam con-

k) Cfr. ERNESTII Init. Rhet. §§ 361, 392, a quibus nec discrepant quæ supra § IV. p. 7 monentur.

l) Toti tamen assentimur Reverendis. ER. BENZELIO seniori, cujus in Epitome Rhetoricæ Ecclesiasticæ (de Elocutione § 1) hæc sunt verba: *Pertinent vero lumina Sententiarum ad Inventionem quatenus probant, & ad Elocutionem quatenus ornant.* Quod idem & de Sententiis proprie sic appellatis monitum voluisse Auctorem, haud obscure apparet. Cfr. QUINTILIANUS L. VIII. c. 5. l. 2.

m) Adeas Disf. Cl. MOLANDER p. 4, 21 & m. 26, quibuscum contulisse juvabit Priorem Cl. UTTER Disf. p. m. 14. Cum etiam ne illi quidem ipsi, quibus præter rationem invisus est Sacrarum Oratorum Ornatus (supra § 1), a rebus ad Ornatum pertinentibus, Metaphoris, Schematibus &c. utpote nemini vel in quotidiano ser-

continuandarum ultima non alia de causa omissum credimus; quam quod, quæ tertia quartaque paragraphis summam ta-
cta continentur, ea curatius & per singula eundo resumturus
fuisset Auctor, si inceptum opus absolvere, per rerum suarum
rationes, licuisset.

§ V.

Ad movendi consilium, ex supra dictis, referuntur 3:0
Enuntiationum Conformationes & Figura, in primis gravitati
servientes, reliquis ad delectandum magis, nec nulla tamen
ad cor tangendum vi, comparatis. In neutra quidem re dif-
ficilis esset labor, si singuli eo pollerent judicio eaque gustus
sobrietate, ut nihil invita aut Minerva aut argumenti op-
portunitate conarentur; nam ea est veri affectus, crebrius al-
ios, alios rarius, sed neminem non aliquando corripientis,
vis, ut semel commotus sponte sua, nec advertente fere ora-
tore, assurgere faciat orationem & in vehementissimas quo-
que dicendi formas erumpere. Sed pauci naturam, optimam
ducem, sequuntur, unde nec mirum tantas tamque frequentes
in re aut loco non idoneo agi tragædias. Neque enim, quid
deceat, quid satis sit, quid tempus postulet, vident, qui *in-
de-
parata* ista orationis, figuras, in *edēparata* ejusdem, AR-
ISTOTELIS vetito spreto, convertentes, nondum bene præpara-
to auditoris animo, ad ista non dicam lumina sed fatuos ig-
nes confugiunt, iisdemque, & frivolis illis verborum maxime,
ita inhaerent, ut nullam non orationis partem ipsis onerantes,
fatie-

monis usu non familiaribus, abstineant, sed iisdem perperam ple-
rumque & sine judicio utantur, vix alia re quam exemplis, quid
hoc negotio laudabile, quid fugiendum sit, melius dicent.

satietatem audienti creent & fastidium, intelligentiamque non tam adjuvent, quam inducto veritati velo obscurent & ludant. Qui lenia esse debere Exordia haud ignorat, simulque novit, raro, si unquam, Sæcro licere Oratori, quod CICERONI (sed gravi patriæ periculo commoto, ipsumque impii sceleris architectum coram conspicienti) in Catilinaria Ima, ut scilicet ex abrupto, quo major indicatur subiti affectus vehementia, incipiat: næ is haud ægre perspiciet, præmaturum illud in principiis dicendi, fumumque ex fulgore brevi daturum, Patheticum atque Figuratum in tumidum frigidumque abire Parenthysum. At multo etiam magis illi peccant, qui, perverso ducti ornatus male intellecti amore, ne ipsi quidem Propositioni, cujus tamen summa virtus in simplici verborum proprietate & perspicuitate merito ponitur, id concedunt, ut servet se a contortæ orationis phaleris immunem. Exemplis supra (n) allatis addi possunt sequentia, in quibus, præter allegoricam vagisque imaginibus ludentem rationem, hoc loco notanda præcipue est cæcoxilia & putidum schematum aucupium: Den himmelska stegens och de himmelska stigandes betraktelse (o); Iron, troende på det hopp, der intet hopp är (p); Wandel genom farlighet till hårlighet (q); Höga Öfverhetens gudomliga inrättning och kristeliga för rättning (r); Den såfånga girigheten, som en oanständig farlig.

n) Disf. Cl. UTTER Pr. p. 13, not. d).

o) CARL ECHMANS Lifspred. öfver Petr. Simonius Löfgren, 1745.

p) PETRUS LAGERMAN in Dominicam 24 post Trinit. 1760.

q) PETER PLATINS Lifspred. öfver Eric Gabr. Berchman, 1748.

r) NILS STENHAMMARS Synodalpred, Lincop. 1749.

lighet, en omåttelig begärlighet och en onyttig besvärslighet (s); En Apostolisk hellsökt emot misshägnhet. sot (t); Vår brudgummes bortfärd i främmande land, och möte af Jungfrur med lampor i hand (u); Hvad som fordras, om Predikstolar skola kunna kallas vara Guds stolar (v); Trones andeliga Cedersköld, grundad på 2:ne fasta pelare, Guds barmhertighet och salighetens klippa Jesu Christi förtjenst (x); En söt lukt af Ehrenpreis (y); Det med hastighet sitt lopp och fart fullbordande Gyllenskepp (z); Dödens föta bitterhet (aa); Den rika sjukdomen, den fattiga helan (bb); Hvad skadar folkerna att det grä-
ter

s) FREDR. BAGGES Pred. öfver Pred. B. 5: 9. 1714.

t) MAGN. SAHLSTEDTS Båndagspred. öfver Gal. 5: 15. 1727.

u) AND. BORGS Pred. på Christi Himmelsfärdsdag, 1748.

v) JOH. COLLINDERS Pred. på Sönd. Sexagesima, 1710. Mire placuit hic idem verborum lusus etiam aliis, ut JOH. DALENIO (in Domin. 9 post Trinit. 1740: Predikstolar i Evangeliska kyrkor och Guds hus äro Guds stolar och károsäten) & JAC. SCHERPING (in diem sollemnium precationum 3:tium 1750: Vår predikstol som en Guds stol).

x) ERL. DRYSERII Lxfpred. öfver Pehr Cedersköld, 1698.

y) PETER LAMPAS Lxfpred. öfver Hans Ehrenpreis, 1711.

z) LARS MUHRBECKS Lxfpred. öfver Carl Gyllenskepp, 1759 (in di-
ctum Jobi 9: 25 1q.).

aa) ENEV. SVENONII Lxfpred. öfver Elin Johansdotter Säger, 1670.

bb) JOH. WALLERII Pred. öfver 19 Sönd. efter Trinit. 1707.

ter (cc)? & reliqua horum similia, honorificam *Realium* (dd) appellationem quondam usurpantia. Nauseam hæc movent & indignationem, augustamque Religionis gravitatem æque dedecent, ac scurriles carminis heroico-ludicri sales sublimem veri cpeos majestatem; sed in universæ rei expositione, summa & quasi nucleo longe plurimum displicent. Considerandus hic est tanquam dicendorum omnium in augustissimum quidem locum conclusa complexio, & propterea ut totum quoddam singulare, iisdem subiectum legibus, quibus universa quævis oratio, cujus *lumina velut oculos quosdam esse eloquentiæ* qui cum QUINTILIANO (ee) fatetur, non potest, quin cum eodem nolit *oculos esse toto corpore, ne cetera membra officium suum perdant*. Tenendum porro est, multas, etiam λέξεις, figuras, generatim quamvis ad movendum relatas (ff), nimis tamen videri quælitatas & artificiosas, essequæ a commotæ mentis effusionibus reapse alienas: *quis enim ferat contrapositis, & pariter cadentibus, & consimilibus irascentem, flentem, rogantem* (gg)? Ambitiosis illiusmodi nec unquam fere ex re ipsa natis ornamentis adeo non alitur, ut suffocetur potius, audien-

cc) GEORGH WALLIN, fil. Conc. in funus Sereniss. Reginæ Ulricæ Eleonoræ 1742 (ex occasione dicti Zachar. 12: 11 sq.).

dd) MÖLLERS *Usshandling om ett rätt Predikofätt* p. 110 sq. cfr. p. 60.

ee) De Institut. Orat. L. VIII. c. 5 f. 34.

ff) Consentit, sed de quibusdam tantum, CICERO de Orat. L. III. c. 53 ff. m. 202 & 204. c. 54 f. 206; & majorem partem figurarum in delectatione esse positam, recte observat QUINTILIANUS L. IX. c. 3 f. 102. cfr. c. 1 f. 21.

gg) QUINTILIANUS L. IX. c. 3 f. 102. Cfr. HORAT. A. P. v. 96-98.

dientis motus, represso subito, haud secus ac si ebullienti aquæ frigidam affuderis, quo effervere fonte jam cœperat, aestu. De illis igitur, qui omnium sermonis vim ex flosculis undique carptis petunt, nihil bene dictum autumantes quod sine schemate dictum, quid habendum sit, facile liquet. Pragmaticæ eloquentiæ muneris obliti, ad Epidicticam, nec istam quidem sapienter, ut decet, moderatam, delabuntur; ad delectationem referentes omnia, ceterarum officii partium aut turpiter obliviscuntur aut præpoitere exsequuntur consilium; docere dum velle videntur, veritatem perspicue & vix non nude proponendam umbris involvunt; simulati aliquando affectus jactant tela, quibus nihil esse potest obusius; & in universum insignem produnt judicii ac prudentiæ defectum. Cui autem meliori de luto fingi contigit præcordia, sanisque præceptis, exemplis, usu & humanæ naturæ cognitione muniri, is, utpote *toto corpore valens, ungues polire & capillum reponere non existimabit ad curam suam pertinere (hh)*, sed feretur impetu suo, *& elocutionis pulchritudinem, si occurrerit, vi rerum rapiet, non cura decoris assumet; satis est enim ei, propter quod agitur, ut verba congruentia non oris elegantur industria, sed pectoris sequantur ardorem (ii)*. Verborum figuræ, etiam leviores, sed raræ, si sententiarum pondere implentur, sponte natæ, non studio quælitæ, videbuntur; turmatim congestæ, putamini plus tributum esse pretii quam nucleo, indicabunt.

G

§ VI.

hh) QUINTILIANUS L. VIII. præm. s. 22.

ii) AUGUSTINUS de doctrina Christiana, L. IV. Cfr. Disf. Cl. MOLANDER p. 3 sq.

§ VI.

Servata triplici illa, in superioribus jam commemorata & triplici Oratoris officio nixa, Ornamentorum Rhetoricorum divisione, notandum est 4^o ad *docendum* simulque ad *delectandum* pertinere etiam *justam Orationis Copiam*, cujus fontes partim ex Inventionis materia (kk), per capita singula diligenter perlustrata & uberius explanata, partim ex Elocutionis haud quidem luxuria sed abundantia, Tropis etiam & Figuris, Epithetis, Synonymis, aliisque dicendi subliis sapienter adjuncta (ll), exsiliunt. Ex utroque fonte genita hæc fuerit, oppositum est *Brevitatis*, quam in Oratore ad populum dicente eo esse viciosiorem, quo magis ad acumina inclinaverit, jam supra est monitum. Enthymematicam itam, restrictam & intermedia rerum momenta (eruditis quidem & cogitando adsvetis facile obvia, sed a rudibus & indoctis vix proprio Marte supplenda) non curantem rationem popularitati officere, ut nemo facile negabit; ita nec diffitebitur, in concione sacra, cujus non is est scopus, ut exigui temporis aut falsa aut certe obscura opinione, sed vera, fructuosa & ad vitam regendum efficaci scientia imbuantur audientes, singulorum rerum seriem & nexum esse, haud sane nimis subtiliter, sed ad perfectam evidentiam, enodandum. Est porro res eadem in omnes partes versanda & ad popularem intelligentiam admovenda; exemplis, similibus, Sacrorum scriptorum effatis aliisque ad persuadendum valentibus argumentis illustranda, alen-

kk) ERNESTII Init. Rhetor. §§ 3. 134. 145. 147 sq. 388. Cfr. Disf. Cl. UTTER p. 24 sq.

ll) Disf. Cl. MOLANDER p. 24 sq. ERNESTI l. c. §§ 351. 356. 379 sqq.

alenda, corroboranda; memoriæ iterum iterumque, sed variato habitu & cum novis quasi appendicibus, suggerenda; nec minutatim appendenda, sed ex pleno & exuberante pectore affatim promenda. In ce eris a vulgi capto remotioribus neque totis ad practicum usum comparatis artibus multitudini satis est ipsa nosse altiorum & subtilioris indaginis veritatum conlectaria (*resultater*), in quibus & tuto ignoratur & ægre aut plane non percipitur demonstrationis vis, neque firmissima semper opus est persuasione; sed in re totam præsentis vitæ integritatem & futuræ felicitatem attingente nihil esse debet mancum, nihilque, quod ad usum transferri & salutarem voluntatis emendationem perficere quoquo modo possit, intempestive siliari. Satis quidem patere speramus, hæc non eo esse dicta, quasi multiloquam probaremus & indigestam disparatarum rerum congeriem & ineptam quævis cuiusvis materiæ intrudendi libidinem; cum potius speciales & singulares materias vel ideo censeamus præ reliquis eligendas, quod hæc majoris utique sunt copię capaces, quam universales illæ & nimis laxis terminatæ limitibus. In his, per nimiam argumenti latitudinem, ad specialia, quæ tamen fortius feriunt, descendere vix datur; in illis nihil est quod vetet rem totam exhaustiri. Accedet sic dicendis etiam *novitatis* gratia, quæ in veritatibus, quales sunt Religionis, nemini prorsus ignotis, quo difficilior est & rarior, eo magis capit attentionem eoque magis & docet & delectat (*mm*). — Pertinet autem *Copia*, quatenus ad *commo-*

mm) Sermons are always the more striking and commonly the more useful, the more precise and particular the subject of them be. - - Though a general subject is capable of being conducted with a considerable degree of unity, yet that unity can never be so complete as in a particular one. The impression made must always be more undeterminate; and the instruction conveyed will commonly too be less direct and convincing. - - - Attention is much mo-

vendum aut fortius *docendum* confertur, ad *Amplificationem*, quam, quia partim *rebus* sit, partim *verbis*, plerique *Inventioni*, alii cum QUINTILIANO (nn) *Elocutioni* subijciunt: utrumque pro diverso respectu recte. Sed ea demum iusta erit *rerum Copia*, quæ, ut *Amplificatio* a LONGINO (oo) definitur, aliis atque aliis cumalandis rei partibus, aut immorando roborat id quod jam argumentis firmatum est (doctrinam sic spectans pleniorē firmanque fidem), aut progrediendo & assurgendo magnitudinem efficit. Convenit illa, propter causas.

re commanded by seizing some particular view of a great subject, some single interesting topic, and directing to that point the whole force of argument and eloquence. - - As long as the preacher hovers in a cloud of general observations, and descends not to trace the particular lines and features of manners, the audience are apt to think themselves unconcerned in the description. - - Perhaps the most beautiful and among the most useful sermons of any, though indeed the most difficult in composition, are such as are wholly characteristic, or founded on the illustration of some peculiar character or remarkable piece of history in the sacred writings; by pursuing which one can trace and lay open some of the most secret windings of man's heart. Other topics of preaching have been much beaten; but this is a field, which, wide in itself, has hitherto been little explored by the composers of sermons, and possesses all the advantages of being curious, new and highly useful. BLAIR Lectures on Rhetoric and Belles Lettres Vol. II. Basil 1801, Lecture XXIX. p. 280. 284 sq. Plura exscribere non licet, sed totus locus est, qui legatur, dignissimus. Cfr. ÖDMANN *Ann. mission. till ett kristeligt Predikofatt*, Upl. 1807. p. 35. 42 sq. & Disf. Cl. UTTER p. 15 sq.

nn) De Institutione Oratoria L. VIII. c. 3. f. 89 sq. c. 4. tot. Cfr. Disf. Cl. UTTER Poster. p. 22 sq. 28.

oo) *Περὶ Τύχης* cap. XI f. 1. cap. XII f. 2. Cfr. CICERO de Orat. III. c. 26 sq. f. 104.

fas jam dictas, omni Sacrae Orationis generi: hæc iis maxime, quæ majoris & sublimioris *πάθος* admittunt fervorem. De utraque id tenendum, earum potissimum ope a dialectica jejunitate & sterilitate discrepare Orationis cujusvis, etiam Sacrae, pleniorum lætioremque habitum.

De rebus, pro temporis necessitate, satis dictum; jam vero nec *verborum* nimis parcum & tenacem Sacrum esse oportere Oratorem, haud est difficile peripetu. Brevitati, ut recte monuit HORATIUS (*pp*), finitima est Obscuritas, vitium in populari oratione gravissimum, omnemque audientium attentionem jugulans. Presa igitur nimis & singulis verbis totidem fere sententias comprehendere amans dictio, ellipses duriores, epithetorum etiam haud otiosorum fuga, &c. merito repudiantur. Est tamen, ubi magis conveniat Brevitas, sed vix nisi in narrando, in proponendo & partiendo, atque in locis patheticis, quorum quidem non tam est distincte explanare quam confertim irruere; modo nunquam obliviscamur, nihil esse omittendum, quod vel ad intelligendum vel ad persuadendum fuerit necessarium. Ut vero Brevitas & Copia non simpliciter, sed ex comparatione judicantur, ita & verissimum erit, ordinis, puritatis, proprietatis, collocationis & ornamentorum scite moderandorum prudentiæ eam esse virtutem, ut, qui hæc bene servaverit, paucioribus multo verbis felicius longe, clarius & efficacius sensa sua exprimere valeat, quam alii vel largissimo verborum flumine. Tautologia sane, Battologia, Peristologia, Macrologia nequaquam minus fatigant auditorem, quam ex eloquio justo breviori Obscuritas,

tas, quin immo inter vitia Perspicuitati infesta jure referuntur (qq).

Sacrorum Oratorum multis præcipuus diu Copiæ fons fuit Divinorum Oraculorum, nec ea semper prudenti moderata consilio, coacervatio; qua de re in antecedentibus passim videas monitum (rr). Hoc loco verba tantum addimus Reverendis. BENZELII (ss): *Vitandi centones confarcinati, ex verbis quidem scripturæ, sed nulla sensus aut analogiæ fidei habita ratione. — — Ad singulas sententias dicta Biblica congerere arrogantia & fastus crimine non vacat. Sed in contrariam partem hodie magis fere peccatur.*

qq) Disf. Cl. MOLANDER p. 25.

rr) Disf. Cl. RYDMAN p. 8. Disf. Cl. UTTER Poster. p. 30.

ss) Rhetoric, Ecclesiast. Upf. & Lips. 1747. p. 14. 26. Cfr. MÖLLERS
Abhandlung om ett rätt Predikofätt p. 23. 25. sq. BASTHOLM p.
 96 sqq. ÖDMANN p. 76.